

cedet unionis bonum) concordia, libertas» ecc. Oltre al codice nella Biblioteca di S. Pietro, stando al catalogo, esisteva un secondo codice di questo dialogo nella Biblioteca Borghese a Roma (*Ser. II*, n. 57); ma non v'era più nella primavera del 1884. — Di grande interesse¹ è la lettera seguente del cardinale di Ginevra all'imperatore Carlo IV contenuta nel *Cod. Vatic. 4924*, f. 1^o:

«Littera² Gebennensis ad imperatorem Karolum de comendatione et creatione domini Urbani pape sexti.

«Serenissime princeps et domine consanguinee karissime. Post felicis recordationis occasum domini nostri Gregorii pape XI., quem per alias litteras meas serenitati vestre lacrimabiliter nunciavi, aliis dominis meis cardinalibus et me hic existentibus, revolutis X diebus post obitum secundum iuris canonici ritum, clausis in conclavi in archiepiscopum Barensen tunc, nunc summum pontificem, natione Neapolitanum, qui domini mei cardinalis Pampilonensis vicecancellarii apostolici absentis vices gerebat in curia dicti domini mei, cardinales et ego unanimiter direximus voces nostras eundem ad apostolatum eligentes VIII^a die mensis huius in conclavi solummodo unius noctis spacio mora pertracta, quia Romani in longioris temporis in dicto conclavi moram consentire noluerunt. Vocatusque est Urbanus sextus mihi, dum erat in minoribus, valde domesticus et amicus quamvis de grado infimo nunc sit sublimatus ad supremum, cuius coronatio in paschate resurrectionis domini proxime venture est ordinata celebrari. Ipse enim de serenitate vestra multum sperat et quod sicut aliis predecessoribus suis eadem serenitas filia fuit et iuvaminis brachium singulare sic in eum constanter perseverare debeat maiestas vestra. Et quantum est in factis tangentibus serenitatem vestram et serenissimum natum vestrum super quibus cum eo strictissime pluries sum locutus ipsum reperio dispositum valde bene adeo quod si opera verbis confirmabit, sicut spero, negotium dicti serenissimi nati vestri feliciter expediet. Ad cuius expeditionem toto consamine meo ipsum sollicitare non desistam, in quibus etiam magister Conradus serenitatis vestre secretarius cum omni solertia commendabiliter laborat, recomendans³ me semper serenitati vestre, quam conservet omnipotens feliciter et votive. Scriptum Rome die XIII^a aprilis».

L'ignoto autore della cronaca dei papi edita dal Fixer ebbe cognizione della lettera precedente, come risulta chiaro dal passo che segue: «Tempore istius incepti gravissimum scisma, quia post electionem eius aliqui cardinales scripserunt Karolo imperatori quod ipse Urbanus fuisset unanimiter electus die iocis VIII aprilis, et quod fuerunt nisi

¹ Cfr. sopra p. 123 e 125.

² E in *Cod. 3944* della Biblioteca di Corte a Vienna; v. *Strakosky* 696. Le elezioni migliori qui accennate del cod. viennese sono usufruite da noi. E fu di nuovo collazionato il codice romano, che nel 1891 lo avevo solo in copia.

³ Dopo vi è stato scritto sopra con altro inchiostro *Rupert*.

⁴ Dopo vi è stato scritto sopra con altro inchiostro *recomendado*.